



**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilman

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

40. Mart. Luth. volens dæmonem exorcizare, ab ipso dæmone in summas
angustias redigitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

RAR.
nnæ, diui-
le à multis
di erant, à
onibus ho-
erò ab illis
le. Demo-
pridie deli-
plorum, &
iuersuspi-
elis coope-
kōfluerent,
imosa in-
ad colorem
ia quorun-
n, quidam
inxit, se fu-
ten, in qui-
paulò ante
rò a multis
cubicali,
fontem ri-
tem, volu-
no ille vi-
nones, hue
vehement-
altu totus
oris istius
i cum ille
tus pau-
lulum

LIBER VII.

809

lalam è fenestra prospexerit, ac denuò dæmo-
nes terribilibus teterrimarum bestiarum for-
mis adspiciens, maiori horrore ac trepidatio-
ne concussus sit. Cumque rursus Lutherus in-
flarer, ut quid vidisset, ediceret: tandem illum
in visam Luthero aperuisse. Qui cùm paulò
post defungeretur, & cadauer Illebio VVit-
tembergam vcheretur, toto illo itinere innu-
merabilem coruorum horrēdum in modum
trotitantium, multitudinem funus superuo-
lasse, ac VVittembergam vsque comitatum
suum præstissime. Atque hi procul dubio fue-
runt illi, (aiebat idem ille Consiliarius) qui
mandato principis & archidæmonis sui, va-
la, quæ prius occuparant, dimittentes, ad exse-
quias Martini Lutheri confluxerunt, ne quis
quam istorum tantis deesse videretur solem-
nitas.

Fridericus Staphylus in absoluta responsione contra
Iacobum Schmidelinum, pag. 404. & VVilhel-
Lindan. Dialogo 3. cap. 1. Dubitanij. Martinus Lu-
therus volens dæmonem exorcizare, ab ipso dæmo-
ne in summas angustias redigitur,

C A P. X L.

Possim ego redigere mihi in memoriam
Anno 1545. dæmoniacam quandam puel-
lam è Misniæ ditione adductam VVittember-
gam ad Lutherum easpe, quod Lutherus ceu-
terius Elias, puellam istam à malo dæmone
liberaturus esset. Quamuis autem Lutherus
ad

210 COLLATION. SACRAR.

ad hoc admirandum & magni momenti opus initio non parum difficultem se ostenderet, at tandem tamen iussit puellam duci in Parochianæ Ecclesiæ VVittenbergensis sacraij, illicque coram aliis plerisque doctoribus & eruditis viris (inter quos ego tum quoque iuuenis magister aderam) dæmonem cepit adiurare & exorcizare, sed id tamen mortuo, non eo, qui apud Catholicos recepimus & visitatus est. Cum autem diu multumque ille coniurasset dæmonem, cedere ille noluit, sed eas in angustias, sit venia verbo, Luthri caligas rededit, ut is quam primum è sacrais se proripere vellet. At quid accidit? Malignus ille dæmon usque adeò fores sacrarum obstruxerat, ut neque forinsecus, neque intinsecus appetiri possent. Quæ res Lutherum in maiores etiam angustias adduxit, ita ut iam ad fencistram properaret, sperans per eam se posse effugere & exsilire. Verum obstabant illi cancelli ferrei: sicq; compulsus est vñā nobiscum tantisper inclusus hærere, donec per cancellos ferreos ab æditu nobis esset oblata seciris, mihiique ceu iuueni viro tradita, vt ea fores effringerem: quod equidem tum contarussum, & ad effectum perduxi: Interea vero visa admirandum erat, vt Lutherus angoribus corruptus sursum deorsumque cursitaret, atque instar ouis parturientis hue illucque sele inviceret.

Maxi-